

READING 22 (adapted) *Livy continues the story of how the Romans and Albans decided to settle their war through a battle fought by two sets of triplets. Two of the Horatii have been killed, but Horatius remains to fight the three Curiatii.*

Ūnus ex Horātiīs integer fuit et contrā trēs Curiātiōs stetit. Quia **sēgregāre pugnam** eōrum optābat, cēpit **fugam**. Iam aliquantum **spatiū** ex eō locō ubi pugnāverant fūgerat, cum respiciēns videt eōs magnīs **intervallīs** currentēs; ūnus haud procul ab sēsē abest.

In eum magnō impetū rediit; et dum Albānus exercitus clāmat Curiātiīs, iam Horātius caesō hoste **victor** secundam **pugnam** petēbat. Tunc clāmōre Rōmānī adiuvant mīlitem suum, et ille optāns finīre proelium festīnat. Antequam alter, quī nōn procul aberat, venīre poterat, alterum Curiātium cōnficit; iamque duo mīlitēs mānsērunt, sed nec spē nec vīribus parēs. alter intāctum ferrō corpus et duās **victoriās** habēbat, alter, fessum vulnere, fessum cursū trahēns corpus, obicitur hostī. Nec illud proelium fuit. Rōmānus **exultāns** ‘duōs’ dīxit, ‘frātrum Manibus dedī; tertium causae bellī huius dabō.’

Postquam Horātius tertium cecīdit, Rōmānī eum accipiunt magnō cum gaudiō.

Vocabulary:

integer, -gra, -grum	unhurt; whole	victor, -ōris <i>m.</i>	victor
sēgregō, -āre	to separate, divide	adiuvō, -āre	to help,
pugna, -ae <i>f.</i>	fight, attack		encourage
fuga, -ae <i>f.</i>	flight	viribus (abl.)	strength
aliquantus, -a, -um	considerable (amount)	intāctus, -a, -um	unhurt, untouched
spatium, -iī <i>n.</i>	space, distance	victōria, -ae, <i>f.</i>	victory
respiciō, -ere	to look back	cursus, -ūs, <i>m.</i>	running
intervallum, -ī <i>n.</i>	interval	obiciō, -ere	to expose to (with dat.)
haud (adv.)	by no means	exultō, -āre	to exult, boast
procul (adv.)	far, at a distance	Manēs,	Shades, spirits
redeō, -īre, -iī	to go back	-ium <i>m.</i> (pl.)	of the dead
caedō, -ere,	to kill		
cecīdī, caesus			